

1718.

1. Brucknerus, Th. Hieronymus: De iure principis et primarii statuum protestantium circa causas matrimoniales
2. Brucknerus, Th. Hier., Collegii iur. decanus: Testibus temporibus regno Novor. s. Romane civitatis Programma, lectionis auspiciis Nicolai Thielius Precepti praemissum.
3. Brucknerus, Th. Hier., Collegii iur. decanus: De litiis contestatione actionis. Programma, lectionis inaugurali Petri Davenroy praemissum.
4. Brucknerus, Nicolaus: Rementis Germanorum in iuri prudentia. Script. 1714 i. 1718.
5. Brucknerus, Th. Hier., Collegii iur. decanus: Iuris ultimorum voluntatum speciebus, pecunianter di uera per Instiuitam Trig. introducta. Programma, lectionis solenni Thamni Petri praemissum.

1714.

6. Budavar, Io. Benivius: De Pelagianis in ecclesia Romana post bullam Anti. haereticorum a Clemente XI R. P. promulgata triumphante.
7. Friesen, Jo. Bern. Th. jas. Decamus: Programma Augusti Bayrii lectio[n]is auspiciis praemissione.

8. Friesen, Jo. Bern: De iure Dominicano.

9. Friesen, Jo. Bern, Th. jas. Decamus: Programma Reinhardi Sommeri lectio[n]is mag. praemissa.

10. Gerhardus, Ephraimius: De criminum abolutione

11. Gerhardus, Ephraimius: De alienatione feudorum Silviorum

12. Hambigerus, Laurentius Andreas: De uteritate ex hominibus
in his litteris in iurisprudentiae studio captiva.

13. Hambigerus, Laurentius Andreas Inlandus, Cons. Tit:
Oratio pro papa. Accedit: Brevis commixtatio
et 1. 1741. D. pro socio. Rec. 1738.

1714.

14. Marbackius, Ulrius : De jure acceptorum.
15. Rosa, L. Graphes : De beneficio & ius.
16. Schrockerus, Christianus : De legalis ad prius causas.
17. Stuvius, Thesaurus Gotlieb : Recitatione proscriptio
quae alimenta et expensas habet.
18. Wiltwyckius, Christianus : De competencia consistoriorum
Evangelicorum, in primis inferiorum in provinciis
Electoratus Saxonie.
- 19^{1st} Wiltwyckius, Christianus : De conditionis furto ac natura
et usu hostium. 2 Sculp
20. Wiltwyckius, Christianus : De desertoribus et transfigis.
- 21.^{2nd} Wiltwyckius, Christianus, Collegii juris Sacri. ... De causa
de pacto illusto praemium merente. Programma in ang.
Antonii Matthiae Georgii Falckii, lectionis auspiciis
praemissionem. 2 Sculp. 1714 - 1754
22. Wiltwyckius, Christianus, Collegii juris Sacri:
De brevi facta, paucam merente. Programma ... Christopheri
Gustavii Richterii, lectionis auspiciis praemissionem. 2 Sculp. 1714
- 1754

1714.

23. *Widengelius, Christianus* : *De usn iuri naturalis
in actuatus principum conspicuo.*

24. *Widengelius, Christianus* : *De tumultibus.*

25. *Widengelius, Christianus* : *De furio impropriis*

9

Q. D. B. V.

1714, 24

26

DISSERTATIONEM POLITICO-IVRIDICAM
DE
TVMVLTIBVS

Vulgo von

Nusflauff / Nusfruh



DIVINA CONSPIRANTE GRATIA

AVSPICIS RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

GVILLELMI HENRICI

DVCIS SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE, ET WESPHALIAE, RELIQUA
SVB PRAESIDIO

VIRI ILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI

DOMINI

CHRISTIANI VVILDVOGELII

ICTI CONSUMMATISSIMI,

SERENISSIMO DVCI SAXO-ISNACensi A CONSILIIS INTIMIS,
CVRIA PROVINCIALIS ET SCABINATVS ADSESSORIS, FACVL-
TATIS IVRIDICAE SENIORIS, IVRIS PVBLICI, FEVDALIS, CODICIS
AC NOVELLARVM PROFESSORIS ORDINARII

DOMINI PATRONI ET PRAECEPTORIS SVI
AETERNV M DEVENERANDI

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

A. ET R.

IOANN. CHRISTIANVS SCHMID,

CALA-THVRING. LL. CVLT.

AD DIEM AVGUSTI, M DCC XIV.

IENAE, TYPIS IO. ADOLPHI MVLLERI.

DISSEMINATIONE POLITICO-JURIDICAE

LIBER TIBIAS

၁၂၃၈

VASILICÆ REED ORIS MAGNIF. CANTRISMI
TURANI. CANTRISTIS. GAVATI

DOMINI HENRICI CANTERBURIENSIS

CAUTHMI HENRICI

LIBRERIA UNIVERSITATIS TURCOTICAE EXCELSISSIMA
BOSTONIENSIS

CHRISTIANI AVIDAOGREII
TIC CONSVMATISSIM

DOMINI PATERONI ET PRAECEPATORIS SAN
JESU CHRISTI DEO VINCENDI
PRAECEPIT.

JOANN. CHRISTIANVS SCHMID

10 DECEMBER 1943
MURRAY M. DECKER
CALIFORNIA STATE COLLEGE

NAME, TYPE, & ADDRESS OF MANUFACTURER.

I. N. I.

Leganter Paulus L. 3. n. de officio

Praefidis : In mandatis principum est, vt curet is qui provinciae praefest, malis hominibus provinciam purgari. Conveniens n. est providere, ne quis seditiones faciat Nov. 17. c. 2. Nov.

15. c. 3. & Nov. 24. c. 3. in f. L. 12. n. de off. Praef. urb. Id omnino

virtutes legum exposcunt, quas refert Modest. L. 7. de LL. qua id prohibent, quod natura turpe aut reipublicae est perniciosum. Salutem vero reipublicae tyeri Magistratus est officium L. 3. n. de offic. Praef. Vigil. Quid vero magis nocet tranquillitati reipublicae, in qua summum eius bonum consistit, quam si cuncta turbantur tumultibus, disidiis & discordiis inquietantur. Concordia n. res minimas maxima cepisse incrementa, est in aprico ; turbulentio vero statu, ubi nec vultus nec gestus liber esse potest, res maximas dilapsas esse, quis est qui negat ? Nec ullum quid humano generi magis est exoptandum tranquillitate, & pace. Non divagabor ultra limites, nec in consideratione aliarum rerum publicarum, diutius iusto

A 2

hære-



JOANN. CHRISTIANVS SCHREIBER
TYPIS ET SVB CVM PICTORIBVS
INVENTORIBVS ET SVB CVM PICTORIBVS
INVENTORIBVS

hærebo. Pone tibi quæsto ante oculos, (non antiqua re-
 petam) hodiernum statum Poloniae turbulentissimum,
 qværis causam? internæ sunt discordiæ & tumultus civiles.
 vid. das Verwirte Pohlen & Stanislaus a Kobierzycko
 de Causis motuum civilium sub Imperio Sigismundi in Po-
 lonia ortorum. Aspice Angliam, felicem tumultuum,
 procreaticem, & (vt Cuspinianus in vita Friedr. II. Ita-
 liam appellat) factionum matrem, vbi proinde novi pro-
 pululant motus: vis causam habere? erunt discordiæ.
 Inde Rex Angliæ, nescio quis, dicere solebat: Angliam
 animal esse immortale, nisi se ipsum trucidaret. Iam o-
 lim de Britannis Tacitus in Vita Agricolæ c. 12. Olim regi-
 bus parebant, nunc per Principes factionibus & studiis tra-
 buntur, nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis
 utilius, quam quod in commune non consulunt. Hanc ob
 causam Maximilianus I. Imp. Anglorum regnum diabo-
 lorum appellabat, propter continuos quos prægenerat
 motus. Et hoc singulare est Anglorum nationi, quod in
 quiete factiones motusque maximè sint fréquentes, pa-
 cem apud eos bello quæras, inde Chamberlain de *Stata*
Angliae dicit: *Anglia est optima flens, sed pessima ridens.*
 De Motibus ob religionem in Anglia ortis, vide egregie,
 ut solet, differentem Tbuianum lib. XVII. p. 512. *Histoire*
de la Rebellion & de Gverres civiles d' Angleterre, par le
Comte de Clarendon. *Civilium Dugdalium Equitem &*
ordinis Periscelidis Heraldum, in dissertat. polit. libro, quem
conspectum compendiosum nuperorum Anglia motuum vocat
& idiomate Anglicano 1681. Oxoni in fol. edidit. Histori-
morum, & Inquisitionis contra Civil. Laudum Ar-
chepi-

ebepiscopum Cantuariensem ab ipso in carcere castri Londonensis consignatam. Comitus lib. 1. c. 2. fol. 12. Sed quorsum haec disputamus. Nonmodo audimus, sed quasi videmus planeque sentimus, tam tetram, tam horribilem tam infestam republicam pestem, Tumultum inquam & seditionem. Ita Lamb. Schaffnaburgensis p. 247. suo tempore de Italia scripsit. Erant iam ab exordio regni eius (Henr. IV. Imp.) semper desiderantes adventum eius in Italiam, eo, quod regnum illud bellis, seditionibus & latrociniis, ac variis privatorum infestationibus, assidue infestaretur, & omnia quae praeter Leges & iura Maiorum ab improbis hominibus presumebantur, regie autoritatis censura corrigi sperabant.

Turba enim gravis paci placidæque inimica quieti. Mart. lib. 1. Epigr. IV. Probant hoc tot constitutiones a Principibus latæ, quibus promovenda tranqwillitati providetur. Ius Civile plenum est salutarium Legum. L. 1. §. 2. n. de vi & vi armata. Ius Canon. monstrat nobis constitut. de Treuga & Pace, it. de Collusione detegenda. Ius Feud. Constit. Friederici I. Imp. de Pace tenenda 2. F. 53. Omnes guerras & lites iniustas prohibet Aurea Bulla cap. XVII. de diffidationibus. Famosissima est Constitutio Pacis publicæ autoritate Imp. Maxim. I. publicata, postea pace religiosa confirmata. Ita in Instrumento Pacis Art. V. §. 1. in causis religionis violentia omnis & via facti prohibita. Longam talium constitutionum in Germania latarum seriem necrit Schilterus in Praxi Iur. Rom. Exerc. XLIX. §. 106. 7. 8. seqv. & Pfeffinger in Vitriario illustrato Lib. I. T. II. §. 15. n. 24. 25. s. p. 278. edit. nov.

A 3 d. q. II zu Non
malorum

Non ignarus quidem sum, quam late se diffundat materia de tumultibus. Ut enim nemo adhuc unquam extitit, cuius virtutes non aliquo vitorum consortio collaudarentur, ita nulla est respublica, quæ non tumultibus seditionibusque aliquo tempore sit maculata; ut tamen aliquam studiorum memoriam redderem rationem, hunc *de Tumultibus* scribere dissertationem, statim in animum induxi. Non expectabit a me B. L. plenissimam huius materiae elaborationem, sed aliquam saltem delineationem. Sumsi quædam ex iure civili & ecclesiastico, subnexi §. ex iure militari, hinc inde etiam ex politicis & historicis nonnulla adspersis. Ut vero Deus cœptis meis benedicat, supplex rogito, B. vero L. ut dictorium benignus sit interpres; obnixe precor.

TRACTATIO.

§. I.

VT mores postulant, vtque maior huic tractationi lux affundatur, quædam de vocis *tumulus* homonymia, synonymia & affinibus præmittenda duxi. Vox ipsa modo strictiori, modo latiori accipitur sensu, ita vt nil certi possit determinari. Ita *tumultus* dicitur *Auslauff* / *Ausruhr* / *Rebellion* / *Empörung* / *Unruhe* / *Lermen* / *Revolte* / *Ausstand* / *Sturm* / *Getümmel* &c. Sumitur etiam pro motu animi: ita Horat. lib. I. Epist. XIX. v. 29.

*O imitatores, seruum pecus, vt mihi sepe
Bilem, sepe socum vestri movere tumultus.*

Vide Cellarius *in thesauro Erud. Schol.*

Ita *tumultuosum* est, das in der Eyl geschichtet
Livius II. 29. L. 6. x. ad L. Rbod. de Iactu tumultuoso

tuosum & iniuriosum L. 3. n. de officio Procur. Cesaris
I. ration. Tumultus etiam vocatur *Tumultatio*. Livius
XXXVIII. 2. Motus v. Cellarius l. c. Cætus, turba fa-
ctiosa & seditioni parata Livius 34. 5. Impetus, seditio
Ving. Aeneid. lib. I.

Ac veluti magno in populo cum saepe coorta est
Seditio, sicutque animis ignobile vulgus.
Iamque faces & saxa volant, furor arma ministrat:
Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
Confusare silent, arrectisque auribus adstant.
Ille regit dictis animos & pectora mulcat.

Item Secessio. Liv. XXXIV. c. 4. 5. 6. Concursus s. Con-
versus, L. 5. n. ad L. Int. de vi publ.

§. II. Inter affinia tumultus referuntur primo loco *Fa-*
ciones, *Meisterchen* / *zusammenrottirungen* / *Globi*
Consensionis, vti vocat Nepos *Attico* c. 8. quarum omni-
ævo magnum deprehendimus numerum v. Hertius
in *Prud. Civ. p. i. S. 12. §. 19.* Nihil aliud est factio, quam
occulta societas in aliorum exitium commodam captans
occasionem. Nepos in *Vita Phocionis* c. 3. mentionem
iniicit factionum, quarum alia populi agebat causam, unde
populares, altera optimatum, inde optimates dicti.
Ita notantur Alcosonbegi & Caroccionbegi apud Persas
Thuanus lib. *LXXII.* Factio Syllana & Mariana: noti sunt
Cæsariani & Pompeiani Romæ, Gvelphorum & Gibellino-
rum a ctio quo pepererit mala. vid. Otto Fris. lib. II. c. 2. Due
in Romano orbe apud Gallie Germania que fines famosa & fa-
milia hactenus fuere, una Henricorum de Gueibelinga, alia
Gvel-

Guelphorum de Altdorfio, Altera Imperatores, altera magnos
duces producere solita. Iste ut inter viros magnos glori-
eve avidos solet fieri, frequenter se se invicem emplantes,
reipublice quietem multo tempore perturbarunt. conf. Excell.
Struvius noster in kurzen Bericht von Veränderung
teutschten Reichs p. 45. Clare quidem loquitur Io. Cu-
spinianus de Friedr. II. p. 340. Auditum est tunc primum
nomen Guelphorum & Gibellinorum (sc. sub Friederico II.)
e quibus Gibellini Imperatori, Guelphi Pontifici adhærebant.
E qua factione multa subsecuta sunt in plurima secula ma-
la. Diversa est autem opinio de huius factionis origine.
Bartholdus de Saxoferrato Jctus, peculiarem librum edi-
dit. Nicol. Siculus Panormitanus abbas, in enodatione
decretalium, Pisaniis & Lucanis civibus de restit. fpol. a Bar-
tholo dissentit. Blondus ac eius coetaneus Platina sub hoc
Friedr. II. natam banc factionem apud Pistorienses e duobus
fratribus Germanis, cum Germanica sint nomina Guelph
& Gibel locupletissime commemorant. Georgius Merula lon-
gissime ex Livio ab Etruria banc factionem prodidisse
sомнiat. Neoterici quidam, a duabus insignibus Germanie
familias, que sub Henrico V. potentissime fuerant, deduc-
cent originem huius factionis, quarum una erat Henricorum
de Guebelingen altera, Guelphorum de Altdorf, altera
imperatores producere solita, altera magnos Imperatores.
Putantes hinc nomina corrupte quidem Gibelinos Guelphos-
que de ducta. Sed ha families, licet pluribus annis inter se
dissiderent, tamen defuncto Conrado III. per matrimonium
ha duas familias unitae sunt, e quo natus fuit Friedr. I.
qui electus est imperator tanquam pacificus Princeps, ut
omnem

omnem tolleret differentiam duarum familiarum ac res
omnis in concordiam veniret, nihilque amplius in Germania de hoc dissidio auditum est, postquam Fried. I. imperii
habens tractavit. Quomodo igitur ex duabus familias
oriri hec factio potuit non video, cum primum sub Friede-
rico. II. Guelphi & Gibellini nominati sint. Verisimile est
a quibusdam fratribus Germanis inter se dissidentibus,
quorum alter partes sectatus est Imperatoris, alter pontifi-
cis, hanc factionem ortam. In Italia presertim, omnium
factionum matre, ubi semper sunt & fuerunt factio[n]es CO-
LVMNENSIVM & VRSINORVM, BENTIVOLORVM &
MALVITIORVM CARRARIORVM & N. MEDICES &
PACIS, CANCELLARII & PANZATICI, ALBI & NI-
GRI, TVRRIANI VICECOMITES, STELLIFERI &
PSITTACI & mille factionum genera, ob id quidam Guelphos
quasi gerentes fidem, Gibelinos quasi gerentes bellum
interpretati sunt. Non incognita est factio alba & rubra
Rosæ in Anglia: vid. Verulamio *in vita Henr. VII.* Burnet.
in Historia Reformat. Angl. lib. I. Part. 1. p. 1. initio. Ador-
nii & Vulgosii apud Genuenses: Bracciani & Pfortiani
Tacit. *Annal.* IV. 17. De factionibus autem sic iudicat
Excell. Reinhardus *in Theatro Prud.* ex Lipsi Polit. *erecto*
lib. 6. c. 3. Lupo prædandi studium, quam factiosis ingenii
tumuluandi morem ac studium citius ademeris. Factio
Palmyrena notatur *L. 4. C. d. Ingenuis.* Infinita n. mala inde
proveniunt, quæ nunc exponere nostri non est instituti.

§. III. Proximæ factionibus sunt *Coniurato[n]es*,
Coniurationis Globus, Velleius lib. 2. c. 58. quæ
fiunt vel contra Principem solum, vel contra rempub-
licam, vel contra utrumque simul. Notissima omnium
est coniuratio sulphurea, facta in Iacobum. I. An-

gliæ regem, & regni aulæque proceres, de qua ipsum vid. Iacobum. Regem, qui eam singulari libello descripsit. Non incelebres sunt Vesperæ Siculæ &c. Huc pertinent *Insidia*, *Proditiones*.

§. IV. *Seditiones* freqventissimæ etiam sunt, sed magis in facto consistunt, cum factiones plerumque occulæ siant & machinentur. *Rebelliones* quid sint & quam freqventes, quotidiana nos edocet experientia.

§. V. Malis qvippe hominibus semper abundant respubicæ, qui degeneres & in publicum exitiosi vanique, ex rebus novis sibi semper aliquid novi elicere putant, qvippe nil spei nisi per discordias habent. Singulare habemus exemplum in coniuratione Catilinaria, vide Florum *IV. 1. 1.* qui follicite eam rem nobis describit.

§. VI. *Observat laudatus Reinhardus* in suo commentario, librum primum Annalium Taciti singulari prorsus arte copiaque argumentum de seditionibus militariis earumque remedii tractare, ac veluti exemplo perfectæ commentationis prescribere.

§. VII. Accedam nunc ad definitionem, necesse est. Pronunciat qvidem Jct. Iavolenus *L. 202, de R. I.* omnem definitionem in iure esse periculosa, parum est enim, vt non subverti possit. Sed regula seu definitio est, quæ rem, quæ est, breviter enarrat *L. 1. π. d. R. Iur.* Ita qvidem esse deberet nostra definitio, vt ad omne genus tumultus applicari possit, quod eqvidem ita facile non est. Ita n. tumultus est vel cum violentia, aliqua coniunctus, vel in mero impetu & concursu aliquo constitutus, vel aliqua perturbatione, vt si in tumultu ecclesie.

ecclesiastico , de quo infra. Est autem Tumultus , motus subitus & violentus , propter rem novam vel ingrata m ortus , tranquillitati & paci contrarius . Diximus motum subitum & violentum , vnde ad omne genus tumultus potest applicari ; motum diximus , voce generali , qvicquid enim sit contra tranquillitatem , motum dicere possum , qui sit contra ordinem statutum .

§. VIII. Cicero tumultum ita definit , quod sit perturbatio tanta , vt maior tumor oriatur , vnde etiam nomen ductum est tumultus . Cellarius a *tumor* & *multus* derivat , ita *tumere* , idem est ac tumultum excitare . Matthaei I Ct. in *Comment. ad Lib. 47. 48. Digest. de Crimin. tit. II. de Crim. Lsf. Maj.* p. 298. Tumultus a subito timore dictus videtur , nam & *tumultuarii milites* dicebantur , ob subitum timorem lecti .

§. IX. Distinguimus tumultum , pace aliorum , in voluntarium , & necessarium ; quorum ille utique repugnat tranquillitati , hic vero ad uendum bonum publicum prodest . Ita n. in incendio cives concurrere necesse est , qvod non fieri potest sine tumultu . Quid si fiant iucurliones hostium , & alii similes casus , vbi convocentur & concurrent plures necesse est , id neutiquam sine aliquo strepitu & tumultu fieri poterit .

§. X. Diximus de incendio &c. vnde enata est in iure civili materia de deposito , quod hodie Dd. vocant , miserabili , quando in tumultu aliquo res aliqua alicuius fidei committitur : sed haec materia iam ab aliis tractata nobis non erit impedimento . vid. B. P. Muller de *deposito Miserabili*. Franzkius in *Comment. ap*

§ (12) §
tit. depositi. Lauterbach in Compendio & Collegio Theor.
Præst. c. tit.

§. XI. Dari tumultum necessarium, confirmat Cicero Orat. Phil. V. c. 31. Vbi legatorum nullam mentionem censco faciendam, rem administrandum arbitror sineulla mora & confessim gerendam censco: tumultum decerni, insitiam dici, saga sumi, dico oportere delectum haberi sublatis vocationibus in urbe & in Italia, præterea Gallia tota confer. Idem orat. Phil. VI. c. 2.

§. XII. Queritur, an inter turbam & tumultum aliqua intersit differentia? Vlpianus L. 4. §. 3. π. de vi bonor. rapt. & de turba scribit. Turbam appellatam ait La-beo ex genere tumultus: idque verbum ex Greco tractum ἀπό τῷ θρησκεῖῳ, id est a tumultuando. Turbam autem ex quo numero admittimus? Si duo rixam commiserint, vi-que non accipiemus in turba id factum: quia duo turbanon proprie dicentur. Enim vero si plures fuerunt, decem aut quindecim homines, turba dicetur. Quid ergo si tres aut quatuor, turba utique non erit. Et rectissime La-beo inter turbam & rixam multum interesse ait: namque turbam multitudinis hominum esse turbationem & cætum, rixam etiam duorum. vid. Gotofred. ad L. 40. §. 3. de Verb. signif. Zœsius ad π. de vi publ. Schneidevvein in Comment. ad §. 8. Inst. de Publ. Ind. Patet ergo ex dictis, parvam vel nullam inesse differentiam, nam decem aut quidecim hominibus tumultus etiam fieri poterit, & eadem pœna statuta est, si quis turba damnum dederit, aut tumultu, vt infra pluribus.

§. XIII. Oritur tumultus a seditionis & malis ho-minibus, qui aliquid mali contra statum & quietem pu-blicam

blicam machinantur. Crimen esse tumultum, & natura eius & Vlpianus confirmat. L. 152. de R. f. Vbi, hoc iure, inquit, utimur, ut quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publice, aut vis privata crimen incidat. Omni nunc tumultui vis ineft, sive privatos sive publ. rem concernat. vid. W'esenbec. de Vipubl. & Hahn ad eundem. L. 1. 2. 3. π. qvod metus causa. Cicero de Arusp. Resp. Quicquid armis illicite facit, publica iura pacemque omnium communem violat, ac proinde publicam vim merito fecisse creditur, qvoniā univerſam Rempublicam oppugnare videtur.

§. XIV. Maximam autem civitatis dehonestamentum esse, si discordiis & tumultibus distrahitur, claram est. Ideo etiam gravis tumultus autoribus statuta est poena. v. L. 38. π. de pœnis, ibi: Auctores seditionis & tumultus concitato populo, pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur (qvod sumnum est supplicium. L. 28. π. de pœnis) aut bestiis obiciuntur, aut in insulam deportantur. Paulus lib. V. sent. tit. XXII. de seditionis. Huc referri potest constitutio Constantini Porphyrogenetæ §. I. Ideo etiam Nov. LXXXV. privatis arma interdicuntur, ne per hæcce periculum fiat bono publico.

§. XV. Pauca ex historia exempla recensemus, non puto fore incongruum, qvia maiorem inde disputationi huic lucem accedere autumo. Omni qvidem ævo animi inquieti qvietem inquietare conantes publicam non, defuerunt, siquidem diabolus maximus est tranquillitatis osor. Maxime tamen celebres & famosi sunt Tumultus rusticorum præcipue in Germania, de qvibus pauca hic addemus. Animus qvidem erat, tumultus præcipios per secula cun-

do recensere, d. qvia moles huius dissertationis per id
nimium ad crescere videbatur, selegimus exempla quæ-
dam selectiora, quæ Germaniam potissimum ferunt.
Sub Diocletiano quidem in Gallia iam rustici tumultum
excitarunt, Bagaudæ dicti, rebellantes propter ro-
mani magistratus iniqvitatem. vid. Eutropius lib. IX. c. 13.

§. XVI. Maiores in Germania motus faciebat in-
felix illud lolium: videamus Petrum Gnadulum in *Hi-
storia tumultuum rusticorum libr. V.* quæ extat in Schardii
collectione Script. German. Tom. I. vbi in limine statim
libri I. terribiles istas, nefarias, pestiferasque seditiones
depingit. Ignem ac materiam A. 1525. tumultui subiicie-
bat Thom. Munzerus. Papistæ illo tempore omnem
culpam tribuebant Lutherò, qui doctrina sua credulam
nimis, mobilem rebusque novandis inhalantem rusticorum
turbani concitaverit: hanc ob causam Morerus Lu-
therum vocat *Vicarium Münzeri*; sed qvam malitiosæ
id factum, testatur ipsa veritas. Bælius in *dictionario suo
historico Critico* ita de Morero indicat: ie n° examine po-
int les fautes, que cet Auteur peut avoir commises dans
l'article de Luther. confer Fabric. *Orig. Saxon. lib. VII.*
p. 793. C 863.

§. XVII. Alias autem tumultuum rusticorum cau-
fas fuisse, ex postulatis rusticorum patet. Ita rustici 1502. in a-
gro Bruxellensi tumultuantes, tesseram communis cogni-
tionis habebant, nemper interrogatus ab alio: was ist
nun für ein Wesen? respondebat, wir mögen vor
den Pfaffen nicht genesen. De Tumultu rusticorum
in agro Wurtenbergico, vid. Thetinger in *sua Wurten-
bergia lib. I.* quæ est in Collect. Schard. Tom. II. p. 34.
vbi

vbi causam tumultus addit: Res angusta nimis, spes frigida, macra cultus.

§. XVIII. Aeo antiquiori non inconfuetum erat seditionis, nomen factionis gerere &c, vt fueri solet, libertatem & speciosa nomina praetexere. Ita Gilbertus Burnet in Historia Reformat Anglie. lib. III. Part. I. p. 129. de horrenda in parte septentrionali orta seditione nuncius adfertur. Dux illis erat Askas quidam nobilis, regendo exercitui aptus. Profectio ipsorum vocabatur Peregrinatio Gratia, atque vt populum seducerent, sacerdotes quidam crucis manibus gestantes praiebant. In vexillis crux erat picta, cum calice & quinque vulneribus, ac quisque ipsorum in manica sua tessera gestabat, emblema quinque vulnerum Christi cum nomine Iesu. Quotquot se illis iungabant, iuramento asseverabant, se peregrinationem banc gratiae, pro gloria Dei, conservatione Regis & populis, corrigendis nobilibus, e medio tollendis mali consiliariis, non autem ob commodum privatum, vel ut iniuriam aliqui afferrent, vel ex odio quemquam interficerent, suscepisse, nec aliud quam trucem Christi, eius fidem, Ecclesie restitutionem & hereticorum heresimque suppressionem quarere. Ita Fabricius Orig. Saxon. lib. 17. p. 679. mentionem facit Factionis Lombardicae, congregatamque ex Germanis & Italib colluviem appellat. Idem Fabric. Orig. Sax. lib. VII. p. 688. Excitabatur nova faelio, que ab insigni tribulo, quo instrumento nostre agricola ad matura frumenta excutienda, viuntur, Tribularia nominata est. His, ut in conspirationibus sit, maximè tegebant consilia sua & expectabant tempus, audendi aliquid audacter sollicitabant non paucos de nobilitate, & persuaserunt levissimo

levissimo cuique & elegantissimo, quibus nimirum vita viliis
 & spes de aliena calamitate pendet. Cædes, latrociniia, rapine,
 grassationes siebant passim de in certis autoribus.
 Autor *Anonymous in Historia Erphesfordensi de Landgraviis Thuringiæ*, quæ est in Pistorii Collectione c. 156:
Anno 1411. incepit societas tritorum, id est, der Flegeler
quorum capitaneus fuit ille de Schvarzburg & Comes de
Heldrungen.. Gobelinus persona in Cosmodromio. Et.
6. c. 83. in Henr. Meibomii Collect. Germ. Tom. I.
p. 314. Friedericus vero (de Patberg) una cum complicibus suis, qui facinori suo nomen BENGELELOR indiderunt,
in cuius ostentationem fustes argenteos ante pectus
gestabant, & ei publicas inimicitias indicit & multos dis-
cursus hostiles per diæcesin Paderborensem facit. Meibomius
in notis ad hunc locum. Fustuarii bi iidem aut
non multum diversi fuerunt ab illis quos Histor. de Land-
graviis. c. 155. nominat tritos, flegelers/ a flagellis quibus
frumentum excutitur. &c. Idem autor in Historia
de Landgraviis Thuringiæ, alias societatis mentionem
facit c. 110. Anno Dn. 1372. Surrexit una societas nomi-
nantes se stelligeros, & portaverunt stellas. Quorum capi-
tanus principalis erat Dux Otto Brunsvicensis & ad
buc tres alii. Illi n. numero quasi duo millia de Rheno,
de Hassia, de Westphalia, de Saxonia, de Buchovia, de
Franconia compromiserunt & iuraverunt, se velle mutuo
defendere, & potenter resistere tam principibus, quam aliis
nobilibus ubilibet constitutis.

§, XIX. Itali, instigantibus Rom. Pontif. quantos & quot tumultus fecerint Imperatoribus, id satis superque testatur Historia Germanica. Sed sapienter meritas luerunt

luerunt poenas, testatur id exemplum civitatis Mediolanensis de qua infra & exemplum Ottonis II. Imperatoris, qui in convivio eos, qui seditionem aut tumultum conflarant, trucidare publice iussit. vid. Carol. Sagonius *de Republ. Itiae lib. VII. p. 179.*

§ XX. Cum enim ius naturae naturalem quandam cognationem inter nos constituit, quid tumultus ac seditio aliud erit, quam naturalis illius cognitionis corruptela ex discordia proveniens. Plato *lib. 15. in Sophista.*

§ XXI. Causas motuum varias esse, quilibet facile credet. Ita maximos semper conflarunt tumultus innovationes in rebus religionis: testatur id motus Sevennensis, motus Gomariensis & Arminianorum, in Belgio. Casparus Klock. JCt, consummatisimus *Vol. 1. Consil. lib. 2.* agit de gravissimo tumultu orto inter illum Comitem Simōnem de Lippa S. Cæs. Maj. Consil. Camerar. & circuli VVestphalici præfectum ex una; & Senatum populique Lemgoiensem ex altera parte ob mutationem religionis in civitate Lemgoiensis. Enerant ista disidia ex religionis, ceremoniarum & librorum catechetoricorum reformatione per consiliiorum suggestionem. Legi utique meretur consilium illud, quo tumultum illum, vt solet, sollicite & perquam eruditè examinat. Legum & consuetudinum violatio etiam ansam præbere potest tumultui, item mala status administratio, & nimia subditorum oppressio. Hac de causa civilis ortus tumultus Landshutæ in Boaria vid. Io. Aventinus *Annal. Boiorum lib. 7. c. 23. §. 7. p. 742. Edit. Lips.* Ita tumultus orti plerique rusticorum ob censuum & tributorum aggravationem, ita testatur Thuanus *lib. V.*

p. 153. de tumultu in Aquitania orto, propter nimium
Salinarum vecchigal. Frequentius etiam in vrbe Neapo-
litana oriuntur tumultus, propter annonæ charitatem,
aliaque plura causam tumultibus subministrant.

§. XXII. Quæstio hic oritur: an & quatenus
tumultus possint excusari? Decisio huius quæstionis dif-
ficilis vtique est. Ipsum rationis nostræ dictamen omne
id pericolosum & iniustum pronunciat, quod contra-
tranquillitatem summaq[ue], quæ in ea consistit, rei-
publicæ felicitatem militat; nunc vero tumultus e dia-
metro repugnant paci, necesse itaque est, omnem mo-
vere lapidem, ne quid inde detrimenti sentiat respubli-
ca. Dicis, possunt tamen excusari, si causæ iuste & le-
gitimæ adint: respondeo, sunt etiam viæ legitimæ & me-
dia licita, quibus res potest decidi. Quid vero, si con-
tra principem moveatur tumultus, an hic excusari
poterit? Hæc quæstio maioris adhuc est momenti. No-
vimus equidem ex politicis, omnes respublicas pacto
esse constitutas, secundum quod Princeps in administra-
nda republica sese accommodet necesse est; Verum quod si
id violet, sese tyrannum præstet, & populus id propter
faciat tumultum, aliqua ex parte id excusari posse, mi-
nime crediderim. Licet enim princeps in gubernando
populo non tyrannum, sed gratiosum se exhibere de-
beat de qua materia affabre loquitur Colbertus chap. V.
*de son testam. Polir. fol. 250. si le sujet est dans l' obliga-
tion d'une fidélité parfaite envers le souverain, le souve-
rain de son côté ne doit pas le traiter comme un esclave;
il ne faut le charger qu'à proportion des besoins de l'état,
autrement on il succombe sous les poids, dont il l'accable,*
on

tu il regimbe contre l'éperon , ainsi qu'il arrive a ces chevaux , qu'on veut dompter tout d'un coup sans les accoutumer insensiblement a la correction : non tamen statim tumultuoso animo turbas move-re licet. Præter summam etiam , quæ Principi de-betur , reverentiam , accedit juramentum , quo ipsi ob-stricti sunt , fidelitatis : plura accedunt incommoda alia , quæ inde oriri possunt. Nil dicam de sacro codice , qui severissime obedientiam erga Imperantes iniungit. Quod si exitus acta probat , quot quæso tumultus , seditiones & rebelliones felicem nacti sunt exitum ? Nil dicam de tu-multibus , ex calore iuvenili ortis. L. 4. C. de auctor. preß. vid. Lucanus lib. V.

§. XXIII. Dixi §. 20. de causis remotis tumul-tuum , jam dicam quaedam de proximiis. Inter proximas omnino referenda sunt illicita collegia , & congre-gationes . Hanc ob causam Franciscus I. Gallia Rex , omnes fraternitates edicto publico sustulit. v. Godofr. ad L. 1. n. de Coll. & Corp. Zoesius in Comment. ad n. de Colleg. & Corp. n. 1. ita : Collegia alia sunt licita , alia illi-cita & sublata , ut instructa ad usum & finem improbum , puta commensationum , libidinum , falsarum religionum , cuiusmodi illicitis coetibus nulla capitalior reipubl. pestis esse potest ; cum ex iis coniurationes in rem publ. seditiones aliaque nefanda incommoda procedant. Ut summo iure stricte sint prohibita , sub poena vis publicae. L. 2. b. t. aut alia arbitraria L. 1. b. prescriptionis domus in qua illi-citi coetus habiti. L. Conventicula 15. C. de Episc. & Cler. vbi dicuntur : illicita , nova ac tumultuosa conventicula. Sic L. 1. n. de Coll. & Corp. Sodalitia prohibentur , ne sub

C 2 præ.

prætextu huiusmodi, illicitum collegium coeat. & L. 2.
de Coll. & Corp. qui collegium illicitum usurpaverit, ea
 poena tenetur, qua tenentur, qui hominibus armatis
 templo occupasse iudicati sunt. vid. *fragm. XII. Tabb. Tit.*
XXVII. de extraord. Crim. Tit. de Collegiis. Suetonius in
Augusto scribit: Plurima factiones, titulo collegii novi,
 ad nullius non facinoris societatem coibant. *Nov. 132.*
 agitur de interdictis collegiis hæreticorum. L. 3. π. *de*
Coll. & Corp. collegia illicita mandatis & constitutioni-
 bus, & senatusconsultis dissolvuntur, & infidelium con-
 gregationes vocantur turbæ: adde *L. 5. C. de bis qui ad*
Eccles. confugiant. *L. 37. C. Theod. de Episcopis & Cler.*
 ibique Godofr. *Tit. 3.* agitur de Schismatnicorum conven-
 ticulis, quae dicuntur conventicula tumultuosa. *L. 4. 6.*
Conventus interdicti, *L. 5.* *Conventus inliciti.* *L. 5. 6.*
 vide omnino Tacitum *Annal. XVI. 5.*

§. XXIV. Sed religionis causa coire non prohibetur, dum tamen per hoc illicita collegia non foveantur
L. 1. π. de Coll. & Corp. Neque enim sub prætextu religio-
 nis, & sub specie solvendi voti, coetus illicitos tentare
 oportet *L. 2. π. de Extraord. Crim.*

§. XXV. Altera causa motuum esse poterit, si plebs
 religione & superstitione capitur, praesertim, si ignem-
 tumultibus & materiam subdunt, quibus sola incumbit
 animarum cura. Talis fuit Rockizanus Bohemus, qui
 Concionibus & debacchationibus commovit Georgium,
 Padiebrocium, ut regnum Bohemiae invaderet: nam
 plebs impotens fæva & mutabilis, ubi religione vana ca-
 pta est, melius suis paret sacerdotibus, quam regibus.
 Exemplum præbet Krumbholzius, pastor olim Hambur-
 gensium;

gensium. Vid. Thuanum lib. 74. & 114. vbi plura reperies utilia huic materiæ. Nicol. Burgund. l. 3. Hist. Belg. ad A. 1565. traditum fuisse morem, scribit, quemadmodum in omni populari regimine, ut actionibus Magistratum & reipublicæ, sacrificuli sub pietatis specie, seditiosa aut venali lingua passim illudenter. Ita Lampretus ad Philipum Sydnæum Epist. 60. A. 1577. Germania pacata esset, nisi eam sua ambitione & arrogantia turbarent Theologi. Ita ab oratoribus status civitatum conversos esse, refert Quintilianus.

§. XXVI. Accedit alia causa, famosi sc. libelli, quos Verulamio in Histor. Henr. VII. nominat: *liber-
tatis sermonis cobibitæ eruptiones ac seditionum quasi Fe-
melle*. Tacitas vocat *tamenta vulgi*. Nec desunt fla-
bella plebis, venti tribunitii, turbulenti tribuni, assen-
tatores populi, spiritus turbulenti. Arist. V. Pol. 9. Clamor
dominantis inter stultos, vocantur a Salomone in Eccles.
IX. 17. Livius III. 68. Tacitus Ann. I. 21. 1.

§. XXVII. De Tumultu ipso agit L. 1. 7. ad L.
Iul. Maj. vbi Majestatis criminis rei censentur, qui tumultuoso animo quicquam contra rempublicam tentant. Di-
versas autem esse criminis Majestatis læsa species, eruditæ
demonstrat Clar. Jac. Gothofredus in erudito Commen-
tario C. Theod. ad L. Corn. de sicariis. Prima quidem
species est Perduellionis crimen, *de quo*, qui modo co-
gitarvit, gladio est feriendus, bonis eius fisco addictis, &
filii eius omnibus iuriis beneficiis excluduntur, ut perpetua
egestate egenitibus, vita sit suppicio, & mors solatio. Al-
tera species est Læsa Venerationis v. tit. Cod. si quis Im-
perat. maledixerit. & L. 6. 7. ad L. J. Maj. ibi: qui statuas

aut imagines Imperat. consecratas conflaverit, aliudque simile admiserit Legi Jul. Maj. tenetur. L. 7. §. 4. eod. Tertia species est crimen Majestatis, autoritatis seu potestatis publicæ. Accedit quarta species, crimen quasi perduellionis, quando factio seu tumultus conflatur, in necem personarum principi in administranda republ. proximarum, haec enim pars corporis Principis sunt L. 5. C. ad L. Jul. Majest. De vi publica tenentur, qui turbæ seditionisque facienda consilium ineunt, aut liberos homines in armis habent. L. 3. n. ad L. Jul. de vi publ. Quid autem nomine armorum veniat, docet L. 9. n. ad L. Jul. de Vi publ. L. 11. n. eod. Carpzov. Quest. Crim. P. 1. qu. 35. n. 26. §. 6. J. de Interdictis. In eadem causa sunt, qui convocant seditionem. L. 3. §. 2. n. ad L. Jul. de Vi publ. item qui coetu, conversu, turba, seditione incendium fecerit. L. 10. eod. & qui convocatis hominibus vim fecit. Ita L. 4. C. Theod. de Epist. & Cler. Sanguine & capite supplicia luituri sunt, qui turbulentum quippiam contranquillitatibus praeceptum tentaverint. conf. Schilter. Exercit. XLIX. §. 97. Ludovici in doctrina Pandect. ad Tit. de Vi publ.

§. XXVIII. L. 16. n. ad L. Com. de Sicariis & venef. iubet capite puniri eos, qui cædem admiserunt dolo malo, sic tamen, ut consulto prius principe & iubente id fieri, nisi forte tumultus aliter sedari non possit. Variant circa hanc legem interpretes: putant enim aliqui, vitandæ seditionis causa ignoscendum reo, aut saltim mitius cuncto agendum, habita ratione multitudinis & complicium, quod probari magis putant L. 31. n. de poenis, ubi favoris populi Rom. sit mentio. Gothofredus vero in notis ad b.

L. 16.

L. 16. nequaquam hanc admittit interpretationem, quo-
ad ipsum delictum, bene tamen quoad poenam miti-
gandam, non enim purgatur delictum aliorum similitu-
dine; imo & hoc fieri possit, ut in auctoribus delictum
puniatur capitaliter, leniter vero promiscua multitudo.
Alias hanc **L.** 16. Gothofr. explicat ex **L.** 6. §. 9. π. de in-
iusto rupto &c. Quod scil. iudex quoties animadvertisit,
seditionem augeri posse, servata diutius reo vita, reum
punire debeat & ad Imperatorem scribere. vid. **L.** 6. de
iniusto &c. vbi mentio fit seditionis praerupta, factionisque
cruenta. Lauterbach. in compendio iuris Tit. de ponis p. 715.
poenam differri statuit, propter reorum potentiam & tu-
multum, ex Carpzovio *Quest.* 137. n. 12.

§. XXIX. Si quis contra evidenterissimam iusfas-
tum siccipere plebem, & adversus publicam disciplinam
defendere forsitan tentaverit, multam gravissimam susti-
nebit. **L.** 1. C. de seditionis, ita **L.** 2. eod. seditionis clamores
poena tumultus prohibentur. adde Brunnemannum in
Comment. ad dict. Tit. C. Qui per turbam seditionemque
damnum aliquod dant, multo gravius puniuntur. **L.** 11.
ff. ad **L.** Jul. de vi publ. **L.** 4. ad **L.** J. de vi privata Paul. sent.
lib. V. 3.

§. XXX. **L.** 16. π. de poenis facta examinantur
septem modis, causa, persona, loco, tempore, qualita-
te, quantitate, & eventu. Hoc apprime applicari poterit
in crimen tumultus. Graviores enim erunt tumultus
pro qualitate circumstantiarum. Primo venit causa tu-
multus, quae varia esse potest, vt dictum. (2.) persona,
quae dupliciter spectatur, eius sc. qui fecit, & eius qui
passus est, aliter enim puniuntur, servi, aliter liberi,
Paul.

Paul. sent. lib. 5. 29. attendendum: quibus opibus, quo
 confilio L. 16. r. de poenis qua factio quibus autoris
 bus factam, & verba etiam observanda. Ita si tumultus
 sit contra Principes, perduellionis crimen erit, si sit con-
 tra magistratum, quasi perduellionis. Perduellionis enim
 reus est, qui hostili animo adversus rem publicam & Prin-
 cipem est animatus. L. vlt. n. ad L. Jul. Maj. Notanter
 Richelieu inquit: Entreprendre contre le Ministre, c'est
 un crime de pareille qualité & conséquence que celui, qui
 se commettrait contre la personne du Prince. vid. les Me-
 moires du Ministre du Card. de Richelieu. Nam ius Se-
 natorum & eius ordinis autoritas, necesse est ut ab
 omni injurya defendatur. Idem de personis magistra-
 tum gerentibus sancivit Ius Saxon. Constat. Elect. 43. vid.
 Carpzov. Quest. Crim. P. II. Qu. 100. n. 4. Wenn jemand
 in Germ oder Russlauff / über gebotenen Frieden/
 oder auch sonst seine Obrigkeit r., ibi Carpzov. n. 6. ait:
*Nomine magistratus veniunt omnes ille persone, quibus im-
 perium & iurisdictio aliqua competit, Praetores, Indices in
 oppidis, Sculteti in pagis, Senatores, nobiles, praefecti, qua-
 stores scholarum & academiarum Relectores.* Ita Meno-
 chius de Arbitrar. Iud. quest. Et Causis lib. II. Cent. III.
Casu 263. vbi iniuriæ atroces, quæ & quibus poenis
 haec coerceantur, & varia insignium civitatum statuta
 exposita atque declarata sunt, n. 14. 15. 16. inquit. Secun-
 dum exemplum atrocis iniuriæ est, cum quis officii Re-
 ctorem gymnosti, nam is Principis personam sustinet, &
 dignitate omnes antecellit, & ex statuis ipsarum acade-
 miarum videmus: quocirca eos iniuria sufficientes, poena
 cravitis plectuntur, quod olim Papie contra Ricium, &
 Prin-

Pis̄is contra Crassum nostra etate observatum fuit.
 Quia enim iniuria magistratui illata maior est & atrocior, graviori etiam poena coercenda est. Carpz. c. l. n. ii.
 Atroces autem iniuriae aestimantur ex qualitate facti,
 & qualitate dignitate personae, cui illata est. Ridiculus ferme videtur ille tumultus, quem feminae con-
 citarunt. vid. Livius XXXIV. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Lata enim
 lex erat, muliebris luxuriae coercendae gratia, haec ut
 abrogaretur, fortius instabant, &, ut Livii verbis utar, ca-
 pitolium turba hominum faventium adversantium legi
 complebebat; matronae nulla nec autoritate, nec vere-
 cundia, nec imperio virorum contineri limine poterant:
 omnes vias urbis aditusque in forum obfidebant, oran-
 tes, ut crescente reipubl. fortuna, pristinus ornatus L.
 Oppia ademittit, ipsis redderetur: in sequentibus cap.
 Orationes pro & contra habitas nobis sifit Livius, quae
 eleganti sermonis & rerum copia lectu sunt dignae. In hoc
 certe tumultu, non adeo gravis feminis poena fuerit in-
 fligenda. (3) Ratione loci spectatur tumultus; sic gra-
 vius punitur tumultus in loco sacro & ad cultum divinum
 destinato, it: arce, sede ac palatio principis. Manus enim
 amputantur die den Burg Frieden brechen. vid. Besold.
 in thes. von Burg Frieden, Pfeffinger. in Vitr. illusfr.
 lib. 3. Tit. 17. §. 76. Imo poenam semper determinandam
 esse, secundum qualitatem privilegii Burgensis, observat
 Stryck. in notis ad Tit. π. de vi publ. vid. Vitriar. lib. I.
 Tit. II. §. 15. Nec minus (4) tempus in considerationem
 venit, (5) Qualitas, (6) Quantitas & (7) Eventus, qui
 ut plurimum talis esse solet, ut autores tumultus gra-
 viori poena afficiantur, quorum opera, consilio, dolo

D

malo

malo consilium conjurationis & tumultus initum. Itaque in cit. L. 3. G. Theod. notantur (1) *Duces factionis*, (2) *Satellites*, primarii in seditionibus post duces (3) *Consci*ci**, qui neque duces neque Satellites, participant tamen prætentque consilia, fautores sunt & opibus sustentant factionem. (4) *Ministri*, qui ipso facto maximum admovent, inde dicuntur executores sceleris, seditionis & rerum atrocium ministri; ergo quatuor poeniarum gradus merito adhibendi.

§. XXXL Præterea inquirendum erit circa tumultus, an modo fiat violentiori, armis, irruptione in ædes, an vero seditionis tantum clamores, L. 2. C. de Seditiosis & de his &c. quos tamen sinter se non aliter quam masculum & feminam differre, judicat Reinhart, in theatro Prudent.

§. XXXII. Complices igitur factiosorum, ob soliam assidentiam & approbationem, lenius carcere & pecunia multatos, observat Carpz, qu. cit. crim. n. 10. & sequenti pronunciatum modo: Damit aber iedoch der Unschuldige nicht mit dem Schulden zugleich zur Strafe gezogen werde / so will zu unserer besserer Verwahrung/che und bevor der verwirckten Straffe halber etwas beständiges erkant worden / vor allen Dingen vonnothen seyn/ Inquisitien Articuls= Weise hierüber zuvernehmen / warum sie sich der auferlegten Straße anfangs geweigert / wer sie zu der Wiederspenstigkeit verhezet und ihnen Anleitung gegeben/ wer dieselben so sie hierzu verstärket und angefrißet gewesen / wie sie mit Nahmen helfen/ was für Worte sie zu solcher Anfrischung gebraucht / wie esam

solche gesautet / auch dieselbe sich sonst und wie
sie wiederum gegen den Rüdels - Kühein / als sie sich
mit einander verbunden / gepaaret und bezeuget.

S. XXXIII. Eximendi tamen a poena ordinaria,
qui tantum cogitarunt de tumultu ineundo, secundum
Carpzovium quæst. cr. cit. Nemo enim cogitationis poe-
niam patitur. L. 18. de poenis. Ast vero puniuntur, qui
adversus patriam consilia ineunt. L. 5. C. ad L. Jul. Maj.
Can. quisquis. de poenit. & L. 3. C. Theod. de Sicariis poena
gladii eos puniri iubet, qui cogitarunt, id quod hodie
in Anglia adhuc observatur. Nudam vero, simplicem,
in animo latentem ac nemini detectam cogitationem,
ut ab hominibus ignoratur, ita ab iisdem puniri non
posse certum est; licet iure divino omnis iniquus modus
ad nocendum fratri, in homicidii genere deputatur. *Can.*
bomicida. de poenitent. distinct. 1. vide egregie, ut solet,
differentem D. Gothofredum ad L. 18. n. de poenis vbi
agit de conatu.

S. XXXIV. Quæritur, si plures in rixa seu tu-
multu aliquem occidunt, quomodo puniantur? L. 51.
pr. ad L. Aquil. Occidisse non tantum dicitur, qui manu
mortis causam præbuit, sed etiam qui quolibet alio mo-
do. vid. Berlich. *Concl. XI. P. V. n. 3.* hic vtique laborem
esse adfirmat, siquidem per textus ex L. Aquill. alle-
gatos, poena ordinaria omnes puniendi sint, sed quia in
L. Aquil. culpa sufficit levissima, ideo illos textus suffi-
cere non putat, quia hoc in casu dolus precise requiri-
tur. L. 7. n. ad L. Corn. de sicariis, vbi dolus pro facto
accipitur, nec culpa lata pro dolo. Berlichio autem,
quem & Carpzovium Patres pragmaticorum appellat

celeber. Schilterus , arridet eorum sententia , qui omnes complices puniendos putant, non quidem criminaliter, sed extraordinarie ; secundum L. Si in rixa. 17. n. ad L. **Corn. de Sicar.** (vide ibi Gothofred.) (2) quia melius sit nocentem absolvere , quam innocentem damnare . L. 5. n. de poenis (3) quoniam tantum sunt suspicione s, quod hic vel ille homicidium commiserit, sed nec de suspicionibus aliquis condemnari debet . l. 5. n. de poenis, nisi sua confessione aut testibus sit convictus , L. 16. C. cod. vel indicis luce clarioribus . L. vlt. f. C. de Probat. accedit (4) consensus Constatut. Crimin. Caroli V. art. 148. verbi auch so einer in einer Aufruhr / vbi inter alia : Denn in solchem Fällen nach Eröffnung mancherley Umstände unterschiedlich zuurtheilen ist.

§. XXXV. Controversum est; an seditio & tumultus incurvant in crimen fractæ pacis publ. Pro affirmativa militat Carpzov. Part. IV. Constat. XIII. def. 1. Vbi non solum ad principes & ordines imperii pertinere constitutiones de fracta pace, sed & homines privatos, qui coactis & coadunatis hominibus vim publicam alicui inferunt, asserit. Idem Quaß. Crim. P. I. qu. 35. de fractæ pacis publ. Crimine eiusque poena vterius affirmat, ob violatam pacem publ. ex constitutione imperii puniendos esse eos , qui maiori vi & doloso animo tumultus faciunt, quia (1) turbant & lædunt aliorum ædes & sic pacem publ. (2) quia alios temerarios ad eiusmodi tumultus excitant, & per consequens duplicitate pacem publ. lædunt. (3) quia omnis lex sua natura generalis L. 3. n. de Sepulcro viol. & Constit. pacis publ. loquatur generaliter: Niemand von was Würden

(29)

den und Standes er sen ut. Sed Mevius Decis. 105.
Part. 1. inter fractam pacem publicam, & vim publicam,
nec non atrocem injuriam , multum interesse ait, quia
(1) certa requisita constituta , ex quibus fractæ pacis
crimen diiudicandum. (2) multa singularia sunt , eo
præsertim , quod iurisdictionem Cameræ immediate fundet , nec cum aliis delictis confundi debet. Gail. lib. 1. c. 7.
n. 24. de pace publica ita sentit : *Constitutio fractæ pacis
ad pacem publicam spectat, hanc unus aut alter turbare
nequit, sed hoc fieri potest per potentiores, collectis &
coadunatis hominibus, quibus tranquillitas imperii pertur-
bari posset, Privatorum enim vana est sine viribus ira.*
L. 7. C. ad L. Jul. de vi publ.

§. XXXVI. Hactenus de Tumultu civili, restat
ut paucis agamus de ecclesiastico. Turbantur autem sa-
cra vario modo (1) si quis publice sacerdoti verba fa-
cienti contradixerit in suggestu. (2) modo violento, (3)
per rixas, (4) si verbera sacerdoti infligantur. (5) per
Ministros ipsos, qui convitant. Conferatur hic præ-
primis Sleidanus de Statu religionis & reipubl. sub Ca-
rolo V. lib. XXI. p. 673. idem lib. XXVI. p. 842. & Thuanus
lib. 1. p. 192. Dictum atrocitatem criminis iudicari etiam
ex loco, quod si g. graviter puniuntur tumultus in vrbe
s. foro commissi, quo graviori poena mulctandi erunt
qui tumultibus seditionisque rixis loca ad cultum Dei
consecrata dehonestant? Hoc innuit Jct. Marcianus
*L. 5. C. de his qui ad Ecclef. conf. vt in sacrosanctis collegiis
aliisque venerabilibns locis in quibus vota cum pace &
quiete competit celebrari, abstineant ab omni seditione,
nemo conclamationibus vtatur, nemo moyeat tumul-*

D 3 tum.

tum. Non me possum continere, quin famosissimum illum tumultum Goslariensem paulo prolixius hic exponam. Latius illum describit Io. Mich. Heineccius in *Antiquit. Goslar. lib. 1. p. 70. 71.* quæ continentur in *Colle^{ct}. script. Germ. Heineccii & Leuckfeldi operâ concinnata Part. 1.*, confer. *Acta Erudit. 1708. M. Febr. p. 52.* Ita vero Heineccius ipse: tam multum sanguinis in ipso templo profusum, ut Statiⁱ versus hic repetere debeam, quos de Lanieno Parisiensi usurpat Thuanus.

*Excidat ille dies a^{vo}, ne postera credant
Secula, nos certe taceamus, & obruta multa*

Nocte legi proprie patiamur crimina gentis.

Rem ipsam ex Lamberto Schaffnaburgensi nobis narrat, qui eam, ut solet, fideliter & cum circumstantiis describit: *Anno 1063. Rex natalem Domini Goslarie celebravit, ubi ipsa die, dum ad vesperam sellae Episcoporum locarentur, inter Camerarios Hocelonis Hildesensis Episcopi, & Camerarios Wideradi Fuldensis Abbatis, gravis concertatio oborta est, & primum iurgiis, dein pugnis, res gesta est, citoque ad gladios proripiuerunt, nisi Ottonis Ducis Baioiorum, qui causam abbatis tuebatur, autoritas intercessisset --- sequenti anno Rex Pentecosten Goslariae celebravit, ibi dum ad vespertinalem synaxin Rex & Episcopi convenissent, rursus de positione sellarum Episcopali tumultus oritur, non fortuita, ut prius, conversione, sed premeditata diu machinatione. Nam Episcopus Hildesheimensis accepte prius contumeliq; memor, Ecbertum Comitem cum expeditis militibus retro altare occuluerat. Hi audito tumultuantium Camerariorum strepitu, ocyus advolant, Fuldensium alios pugnis, alios fustibus cedunt,*

pro-

prosterunt, ac de sacrario Ecclesie, inopinato pericolo attor-
 nitos, facile proturbant. Quibus illico ad arma conclau-
 mantibus, Fuldenses, quibus arma in promptu erant, facte
 grege ecclesiam irrumpunt, in medio choro spallentium
 fratrum manus conferunt, rem non cum fusilibus sed gla-
 diis gerunt. Pugna atrox committitur, atque per totam
 ecclesiam pro hymnis ac cantibus spiritualibus, vociferatio
 adhortantium & vulnus morientium exauditur. Super
 altaria Dei tristes ingulantur hostiae, passimque per ecclesiam
 sanguinis currunt flumina, non legali, ut quandam, reli-
 gione, sed hostili crudelitate profusa. Episcopus Hildeshei-
 mensis, capto editiori loco, tanquam militari quodam
 classico, ut fortiter praliarentur, bortabatur, & ne loci re-
 ligione ab armis terrentur, sue autoritatis & promissionis
 titulum obtendebat. Multi vulnerati utrinque, multi occisi
 sunt -- Rex inter hec vociferans, & sub obtenu Regiae Ma-
 iestatis populum adiurans, sardis narrare fabulam videba-
 tur. Tandem monitus a suis, ut vitae propriae pugna ex-
 cedens consuleret, vixque inter constipatam arctius multi-
 tudinem eluctatus, in palatium se recepit. Hildesheimen-
 ses, qui instruclii premeditatique ad pugnam venerant, su-
 periores efficiuntur. Fuldenses, utpote quos inermes inopi-
 natosque subita exorte seditionis procella contraxerat, fusi
 fugatiisque atque de ecclesia expulsi sunt. Fores illico obse-
 runt. Fuldenses, qui primo tumultu ad arma tollenda
 paullo longius discurrerant, frequentes armatique adsunt,
 atrium ecclesiae occupant, aciem instruunt, ut de ecclesia
 progressus statim adoriantur. Assert præterea aliud huius
 rei testimonium ex membraria ecclesie Goslariensis,
 quæ extat apud Leibniz, in script. Brunsvic. Tom. III. p. 536.
2
 qui

qui addit: *cantante choro bunc versum: bunc diem gloriosum fecisi: cantabat demon in summitate Monasterii: bunc diem bellicosum ego feci.* Idem affirmat Tidericus Languenius scriptor domelitus versiculis leoninis invita Minerva factis p. 811. Tom. 1. script. Germ. apud Meibomium, licet erronee, pro Henr. IV. dicat Henr. V.

*Henricus quintus fuerat, qui fulsit ab intus
Multum virtute, quia rex erat omnia tute:
Hic Rex edixit aulam, dum corpore vixit,
Multum Magnatis de Principibus generatis.
Tunc fuit occisa gens ingens Goslare visa.
Talis & exempli quod sanguis ad Ostia templi
Effluxit multus, qui postea mansit inultus
Demon cantabat & in aere vociferabat:
Cunctis hoc festum formarvi cede molestem.*

Hicce tumultus Goslariensis ob nimiam Abbatis Fuld.
& Episcopi Hildesh. ambitionem de praecedentia
ortus.

§. XXXVII. Non minorem turbis ecclesiasticis subiecerunt ansam, excommunicationes, quod Historia maxime comprobat & alii plures sub examen accuratius revocarunt. Vid. inter alios G. G. Titius in der Probe des teutschen geistlichen Rechtes, lib. III. c. 6. p. 529. ibi: von der Kirchen disciplin: Der Bann ist nicht allein von Gott nicht geboten/sondern auch in Christl. Gemeinden eine unvernünftige /unnöthige / unnützliche/auffverwirr- und zerrüttung abzielende Sache. Non hoc dicam de Papæ asseclis, qui ea omnia amplecti debent, quæ Papa vult: Dantur etiam inter Protestantes, qui excommunicationem pro re licita & a Christo man-

mandata habent, Id nuper demonstratum ivit celeberr.
 Theologus Fechrius in tr. de Excommunicatione cui se
 opposuit laudatus Titius, &c., qui ab eius partibus stat,
 Autor Bibliotheca novæ Hallensis Part. XXI. p. 3. seq.
 & p. XXIX. p. 747. vbi multis argumentis contra-
 rium demonstravit. Intuentur & obtentui omnes ha-
 bent Ambrosium, Theodos. M. Imper. a limine sacro
 repellentem, quod iniulta Thessalonicensium caede ma-
 nus sanguine pollutas haberet. vid. Sozomenus Hist. Ec-
 cles. lib. VII. p. 743. nota hic L. 20. C. de poenit. & L. 13.
 C. Theod. cod. De hoc facto a. non idem omnes dedere
 iudicium. Titius loco cit: ob Ambrosius aus einem wah-
 ren Enfser gegen das begangene Verbrechen / oder
 aus geistlichen Hochmuth solche Ausschließung vor-
 genommen / will ich ieho dahin gestellt seyn lassen :
 Indessen geben doch die Umstände / daß die regierenden
 Cleriken / es auch schon zu der Zeit ziemlich weit
 gebracht / denn als der gute aber gläubische Theodo-
 sius nach erhaltenner Gnade um das Abendmahl zu-
 empfangen / sich in die Schranken oder innern Chor
 begab / fuhr ihn Ambrosius wieder an / daß er sich
 unterstanden / an den Orth zutreten / der allein vor
 die Priester gehörte. adde Schilterum Inslit. Jur. Can.
 lib. II. Tit. V. S. 4. Stryck. ad Brunnemann Jus. Eccl. c. VI.
 Membr. IX. S. 2 ad verba: ipso summos principes. & ce-
 leberr. Rechenberg. in dissert. de Theodoſo Part. II. dis-
 fert. p. 241. §. 17. 18. Ibi: facti huius severitatem excusa.
 re penitus non audemus.

S. XXXVIII. Maximæ autem poenæ eos manent,
 qui sacra impediunt. Colerus Decif. Part. I. de c. 178.

de poenis eorum qui sacra operasque ecclesiæ turbant,
 vbi: Divinorum turbatores & interpellatores sacrorum,
 qui se palam opponendo concionatoribus in suggestu
 contradicentes, conciones vel administrationes sacro-
 rum impediunt, puniuntur capitaliter. Carpzov. *Quæst.*
Crim. Part. 1. Qn. 44. n. 51. 52. Ponunt tamen certa re-
 quisita, secundum quæ poena mitiori vel graviori affi-
 ciendi delinquentes, scil. (1) ut offendatur persona ec-
 clesiastica (2) offensio fiat in loco ecclesiæ. (3) eodem
 tempore, quo tractantur sacra & (4) per hoc turben-
 tur sacra. Carpzov. *Defin. Eccles. Lib. 3. def. 85.* ibi: n. 2.
 iis qui verbis importunis & injuriosis eccles. Ministris in
 suggestu stantibus vel sacra administrantibus sele oppo-
 suerunt, ad depreciationem publicam adactos fuisse
 evincit Georg. Dedeckens *Vol. I. Conf. Theol. Part. 3.*
Sezt. 3. n. 18. fol. 704. & n. 19. f. 705. n. 1. Turbatorem
 eiusmodi sacrorum gladio plectendum, statuerunt Petri
 Anchoranus *Conf. 15.* Matth. Berlich. *P. IV. Conf. 20.*
n. 28. Roland a valle aliique quos leges apud Carpzovium
 c. l. Idem ex Finckelthusio *obs. 72. n. 5.* notar, Consistoriales Lips. contra nobilem ita pronunciasse: Der ewe-
 gen Beslagter flagenden Pfarrern/ daß er ihn in
 seiner Predigt öffentlich angeredet und *minaret* (*di-*
xerat): Du leugest / du verlogner Pfaffe / alles
 was du auf der Cauzel redest / der Teuffel redet
 aus dir / du meinst niemand anders als mich) eine
 gerichtliche Erklärung und Christi. Abbitte in Chur-
 Fürstl. Sachsis. *Consistorio* allhier zuthun schuldig/
 welche hernach zu N. von der Cauzel öffentlich ver-
 kündiget / und hierüber mit 500. Reichsthaler in
 Chur-

§ 33

Chur-Fürstl. Durchl. zu Sachsen Renth-Cammer
zubestrafen. Aliud assert Carpzov responsum, vbi tur-
batori cuidam lacrorum, relegatio & fustigatio amico
vinculo iuncta adjudicabantur.

§. XXXIX. Atrociori poena afficiendi si, qui vim
adhibent, & homicidium committunt in ecclesia. vic.
Carpz. Qu. Crim. P. I. Qu. 24. n. 43, 44, vbi refert. Ca-
sum esse transmissum ad Scabinos Lipsienses, vbi miles
sacerdotem, qui eum inculparat: einen Höllen-Hund/er
solte des Teuffels eigen seyn/ de suggestu descendente
interficerat. L. 21. C. Theod. de irruptione seu impetu in
eccles. L. 10. si quis in hoc genus sacrilegii prouiperit,
C. de Episc. & Cler. C. 29. Caus. 17. Quasi. 4. Si quis su-
dante diabolo L. 5. C. de his qui ad sacr. eccl. conf. Authent.
sed novo Jure. C. de Episc. & Cler. quia omnino locus ec-
clesiae Deo est consecratus L. 8. II. de rerum Divis.

§. XL. Capitaliter etiam puniri posse eos, qui
sine homicidio, violento tamen modo, sacra turbaverint,
docet nos Carpzoy. Qu. Crim. 44. P. I. n. 55. Qui casum
in terminis assert: Würde gedachter C. W. auf dem
von seinerwegen gethanen und eingebrochenen Be-
fängniß vor Gerichte freiwillig verharren/ oder des-
sonst wie Recht überwieien: als nemlich: daß der
Priester und Caplan in der Kirche gestanden und ein
Kinder zu tauften angefangen/ er inquisit einen Jun-
gen mit 2. Pferden vor der Kirche halten lassen und
seine andere Diener und Pferde vor die Thor ge-
schickt/ und in Stieffeln und Sporn in die Kirche ge-
gangen/ und einen großen Prügel gehabt/ und als-
er den Caplan mit dem Kinde bey der Tauffe gefun-
den/

3 (36) 30

den hinzugetreten / demselben mit einer grossen Peitschen auf die Haut gehatten / und mit dem Prügel nieder geschlagen / und die Lauffe des Kindes verhindert: so würde er von wegen solches in der Kirchen an dem Priester über der Lauffe verübten Frevels und Gewalt / und Verhinderung und turbirung des h. göttlichen Sacraments der Christlichen Lauffe alles seiner halben beschéhenen Einwendens umgeachtet / vermöge gemeiner beschrieben Kaiserlichen Rechte von Leben zum Tode billig gestrafft
V. R. W.

§. XLI. Et rixando etiam moventur tumultus in ecclesia. Carpzov def. Ecc. XCVI. atque assiciuntur autores rixarum poena arbitraria: Quia (1) ministeria & verbum Dei impeditur, (2) alii impediuntur & (3) multa dantur scandala, qua non manere debent impunita.
L. 51. §. ad L. Aquil. Aggravanda etiam poena, si verbora & plaga accedant: quia (1) res illicita per se poenam meretur. Schneidevvein. ad §. 1. J. de Iniuriis (2) maius per hoc datur scandalum, (3) accedit religiosi loci privilegium, & atrocitateim poenarum per se auget locus. L. 16. §. 4. ff. de poenis.

§. XLII. Tandem sacra turbantur per ipsos ministros conviviantes. Eorum enim est, adhibitis gradibus admonitionis, leniori via peccatoribus peccata demonstrare, & ad veram poenitentiam adhortari, atque per hoc loci reverentiam observare, scandali vero procreationem omnino vitare. vid. Navius in Jure Clericorum c. V. §. 39. p. 310. Titius in Geistl. Rechte. I. 3. c. 6. p. 570. Böhmer in Schiltero illustrato lib. I. Tit. de natura Iprud. Sacre

Sacre. §. 6. Et licet in Sacerdotibus, qui durioribus verbis aliquem depingunt, magis animus corrīgēndi, quam iniuriandi pr̄sumatur, Berlich. *Concl. 59. Part. 5. n. 31. & Concl. 60. n. 8.* hoc tamen non admittit Nāvius in *Priester-Rechte* l. c. nisi pr̄cedant gradus admonitionis. Quia vero sapius ex quadam amarulentia, invidia, odio, affectuque privato, falsa quadam crimina alicui obūci possunt, ideo *Ordination.* Eccles. *Sax. artic. gener. §. 3.* iubet: *Daz die Priester in ihrem Predigten ihren eigenen affecken mit Poldern und Schmählen nicht nachhangen sollen/ sondern sich aller Christl. Sanftt̄ und Bescheidenheit nach der Lehre St. Pauli brauchen,* vid. *Carpzov.* l. c. *Heineccius* equidem in *Antiquit.* Goslar. ex *Petro Bombino ad A. 1090.* observat, quod apud Hispanienses eo seculo lites ecclesiastice duello decisa sint. Sed arma ministros ecclesia non decere quilibet sanus iudicare poterit. *Episcopus enim iniuriae propriæ vtionem depositare non debet, itis enim sola ignoscendi sanctitas gloriam dereliquit.* L. 31. C. *Theod. de irrupt. sive impetu in eccles.*

§. XLIII. Klockius l. c. docte observat, ob eiusmodi flagitia, tumultus & seditiones civitates aratum, passas, & funditus excisas. Bartolus in *L. aut facta*, §. fin. n. 6. n. de poenis. Hoc notabile pr̄bet exemplum civitatis Mediolanensis, quæ funditus eversa fuit sub Friedr. I. vid. *Bureardi Notarii Imperatorii de Victoria & Triumpho Friederici Barbar. & clade Mediolanensium Epistola Tom. I. Collect. Freheri.* Aliquando civitates excommunicare & banno notatae vid. *Auth. item quacunque Communitas. C. de Epist. & Cler. Auth. Caffa. de SS. Eccles. Memorabile* ~~magis ad ipsos os bel~~ ~~nam illi ei~~ *Ez 3 ni enlorumus in exemplis*

(33) 50

exempulum civitatis Francofurtensis ad Oderam banno
notatae, habet Stryck. in supplementis ad lib. II. c. XIX. §. 12.
Bruunem. Juris Ecclesi. verbo tyrannis hoc fuit &c. Quæ
excommunicatione duravit 18. annos, interea temporis nec
sacramenta administrata præter baptismum, nec sacra
audita.

§. XLIV. De poenis, quæ olim constitutæ erant
autoriis seditionis, alisque tumultuosis hominibus,
pasim iam est actum; pauca adhuc dicenda. Olim ob
viam publicam aqua & igne interdicebantur; dein in
locum eius succedebat poena deportationis. L. 3. ad L. Jul.
Pecul. quibusdam etiam capitale supplicium irrogabatur.
L. 4. eod. præprimis quando cædes alicuius insecura. Ho
die loco deportationis venit fustigatio, relegatio, non
nunquam manus amputatio, & capitale supplicium, pro
circumstantiis, ut dictum supra. vid. Schilter. ad Tit. de
vi publ. & Ayrer. in Historischen Processu Juris. Part. II.
cap. VI. obs. 1. adde Art. 127. Constat. Criminalis Caroli V.
ibique Dan. Clasenium. Ad vim publicam pertinet etiam
der Haß Friedenbruch/ quando quis in domo sua inva
ditur, (2) der Burg oder Statt Friedensbruch / per
cussio alicuius an gefreyten Dertern. vid. Besold. von
Burg Frieden. Hahn. ad Weserb. Part. II. p. 512. ad Tit.
L. 7. de vi publ.

§. XLV. De Tumultu militari paucula addere. It
ceat. Reperi Constitutionem de Treuga militari, autore
Friedr. I. promulgatam: refert eam Otto Fris. de rebus ge
stis Friedr. I. lib. 2. c. 15. vbi manu militandus, aut capite
plectendus, qui eam Treugam violaverit. Sapientius quidem
accidunt tumultus in castris militum, sed eo atrocius vin
dican-

dicantur. vid. Baier. in *Jurisprud. Militari.* Tit. 17. lib. 3. §. 4.
vbi: multa delicta, que in paganis vel leviter animadveruntur, in militibus capitalia sunt. Tacit. *Annal.* I. 28. Livius
lib. 28. c. 24. L. 3. §. 19. n. de Re milit. L. 7. n. C. eod. ibique
 Brunneumannum. Si enim seditione committitur ab integris
 copiis ac legionibus, tota dissolvitur legio, & poena ini-
 eos statuitur geometrica, in decimos aut centesimos, quos
 sors damnat, vii factum in seditione castorum Cafarean
 prope Magdeburgum. vid. Thuanus. lib. XVI. p. 497. Hu-
 ius poena æquitatem aut iniquitatem sub examen vocat
 Beham. *Obs.* 73. p. 195. & 77. p. 215. Burger enim æqualem
 complicum desiderat reatum, vid. B. Beier. *loco cit.* Tit. 17.
lib. 3.

§. XLVI. Sub finem huius dissertationis patica de
 remediis, quibus sopiaendi tumultus, agendum. Vbi præci-
 pue Imperantium opus est praesentia. Tacit. *An. lib. IXLII.*
 Ita divus Julius seditionem exercitus verbo uno com-
 pescuit, Quirites vocando, qui sacramentum eius detre-
 ñabant. Divus Augustus vultu & aspectu Actiacas legio-
 nes exterruit. De Henr. VII. Verulamius prædicat, quod
 personam suam propriam ad omnes motus reprimendos
 transferre amaverit. Dein Lipsius lib. VI. *Polit.* c. 4. n. 21.
 suadet, ut in tempore occurrat, sepiissime enim modicis
 remediis primi motus confedere. Tac. *An. IV. 61. 8.* Omne
 malum nascens facile opprimitur, & incipiens adhuc at-
 que nondum adulta sedatio, melioribns consiliis flectitur.
 Melius etiam est in tempore obvenire, quam post exitum
 vindicare. L. 1. C. *Quando licet uniuicuque sine iudice se*
vindicare vel publ. devotionem. Nec minus Lipsius L. c. 28. 42.
 dolum bonum commendat; dolum bonum, §. 3. L. 1. n. de
 dolo

(40)
dolo malo : teto ostio admitto : falle , falle , potius quam cede , & si quid hic macule , elui id velim clementia & leuitate . Gr̄gorius Tholosanus . lib . XXIII . c . 9 . § . 14 . de Republica alia remedia pr̄scribit : nempe I . Pr̄cautionem & Providentiam , vbi requirit virtutem & sapientiam , vt tollantur occasiones discordiarum , arma privatim auferantur , vt ii beneficiis afficiantur , qui proniores ad tumultus , & largitione in partes adducantur , ne pro quibuscunque rebus exigui momenti innovationes fiant . II . Emendationem opportunam , priusquam motus vires acceperint . III . Poenas infigendas esse , vel exacerbandas , vel mitigandas pro reruna circumstantiis .

§ . XLVII . Hac sunt , quæ pro ingenii viribus de Tumultibus scribere animum induxi meum . Immortales Deo O . M . ago gratias , qui & ad hunc qualemcumque laborem cum sanitate mihi vires concedere voluerit , cuius sapientissimo regimini omnes meas actiones supplex commando . Finio verbis L . 3 . § . 13 . C . de Jure Vet . enuel . in nullo aberrare divinæ vtique solius , non autem mortalis est constantia . Ita etiam B . L . errores quos committere humanum est , pro sua benignitate excusabit , sola enim discendi cupidio , est optima vivendi ratio .
L . 20 . m . de fideicommiss . libert .

S . D . G .

(o)



Ornatissimo Iuueni

RESPONDENTIS

nunc munia laudabiliter obeunti

S. P. D.

P R A E S E S.

Vnde negotium cuiuis iusti ac aequi cultori datum est, ut non actiones tantum legitimas tueatur, sed peccata quoque ac vitia, quantum in se est, detestetur, & quanto pere illa a iustitia & aequitate abhorreant, euidenter commonstret; idem vero & Tibi incumbere, sicut, aliis speciminibus, ita praesenti hac dissertatione, satis superque testaris. Neque enim incognitum Tibi, aut obscurum, ex nostris legibus esse

F pot-

43 (10)

poteſt, quantum tumultuantium
facinus & crimen exiſtat; & quanto id cum reipublicae damno ac
periculo, Deique ac bonorum
omnium odio ſit coniunctum. At
que ingens proinde operaे pre-
facis, quando oppositas tumultu-
bus leges ac poenas explicas; at-
que hoc ipſo & eruditioñis Tuæ
eximiae, & animi ab his atque
aliis vitiis alieni, tranquillitatis-
que ac modeſtiae ſtudioſi, argu-
mentum clarissimum in publicam
in praefenti lucem exponis. Quod
ipſum ut reipublicae fructuofum,
tibique ac parentibus optimis lae-
tum & honorificum fit, Deum
immortalem obteſtor. Vale.

Nobi-

E

Nobilissimo Domino Respondenti
IO. CHRISTIANO SCHMIDIO
S. P. D.
BVRCARD GOTTHELFF STRUVE.

EX quo tempore Te Schmidi
politissime in vnum quoddam
studium, historiam nempe, quam
diligentissime incumbentem, me
Duce cognoui, hortationibus Ti-
bi licet iam currenti stimulos ad-
didi, ut cum Iuris doctrina sororio
quasi nexu iungeres elegantissi-
mum hoc studium. Id quod cu-
rae cordique Tibi fuisse testatum
fecisti omnibus, cum spatio tem-
poris breuiissimo elapso disserta-
tionem cum cura atque industria
haut vulgari DE MINISTRISSIMIS ela-

F 2

bora-

103 Co 104
boratam publico examini subiic-
res. Quam ob rem multo Te
fauore amoreque fui prosequutus,
maxime cum indies Te maiores in
vtroque studio profectus facere
perspicerem. Nouum igitur in
praesenti declarat industriae TVÆ
argumentum, dum ILLVSTRI
WILDVOGELIO DVCE cathe-
dram denuo concendis vt publi-
co quoque Te sistas diligentissi-
mum Iurium Cultorem. Quamob-
rem opto precorque, vt studia,
haec egregia inueniant fautores ac
promotores, qui prout iudicia
Tua diligentiaque promeruit,
praemio, honore laudibusque Te
ornent decorentque. Vale.
Scribebam Ienae e Museo.

-8109

3 E

Epi-

Epigramma

Nobilissimum huius Dissertationis Auctorem.

Viderat hoc Specimen doctorum Praefes,
Apollo,
Viderat ingenium, Fautor Amice, Tuum.
Viderat & mores, qui nulla laude trahuntur,
Quantumuis Virtus digna sit usque coli.
Viderat & chartas, quas Maeuius edidit olim,
Maeuius ingenio parvus & arte rudis.
Qui tamen inde sibi summos raptavit honores;
Sit quasi diuinum (scilicet!) eius opus.
Viderat, & postquam bene viderat omnia, sponte
Talibus ad Pindum vocibus usus ait;
Grandisonos titulos & syrmata iactet honorum:
Plus habet hic tituli, Plus habet ille Rei,

deproperatum Calae
d. 21. Augusti. 1714.

Johannes Georgius Scheller.

F 3

Du

Du schriebst / Gelehrter Schmid / vor etwan
zweyen Jahren

Die Dissertation de Ministrissimis.
Dass manche deinen Fleiß aus dieser Schrift erfahren/
Macht ein gelehrter Mann in dem Journal gewiß.
Dass aber der Bestand bey deinem Fleiß ge-
wesen /

Ob du gleich damahls schon was treffliches gethan/
Das lässt die neue Schrift von den Tumulten lesen/
Voraus man deine Kunst mit mehrern sehen kan.
Es steht dir der Gang zu dem Catheder offen/
Dem der beschämte Neid hat jetzt den Schlüssel
nicht.
So kan dein Vaterland was grosses von dir hoffen/
Das deinen Vater rühmt / von dir viel gutes
sprechit.

Ob andre / was du kanst / Dir / werther Freund /
nicht gönnen /

So Schweiget doch mein Kiel von deinem Ruhm
nicht still.

Der Neider müsse sich / den Schnacken gleich /
verbrennen /

Der um dein Ehren- Licht tumultuiren
will.

Johann Friedrich Horn.

ପ୍ରକାଶ (୦) ଲେଖ

*Clarissimo ac Doctrissimo
DOMINO
IOANNI CHRISTIANO SCHMIDIO,
Philosophiae ac Iurium Cultori indefesso amico
suo integerrimo.*

IOANN DANIEL MITTELHAEVSER.
Med. Stud.
Fortes creantur, fortibus eis bonis;

Ita omnino est, amice optime! nec facile quisquam nisi veritati ac naturae infensus, reluctabitur. Et sane, omnibus contradictentibus Tu tantorum virorum progenies exemplo mihi eris. Parens amplissimus, patriæ civitatis salutem intimius curat: Progenitorum merita, quibus Ecclesiis inseruerunt, perpetua adhuc celebrantur memoria. Nobili itaque hoc sanguine pro-natus, fortibus Parnassi Rudolphopolitani fulcris nutrien-dus tradebaris, qui Te tandem bonarum literarum ini-tiis imbutum incomparabilibus Minervae Salanae anti-stitibus perpoliendum exhibuerunt. Atque hi ipsi sunt, qui Tibi dulcissimam eruditionis ambrosiam praebue-runt; hi inquam sunt, ex quorum ore suavisimum Apollinis nectar haussisti. Quid exinde mirum tam do-ctos educatores, Tibi doctum indidisse spiritum? de quo


quo specimina Tua philosophico - historica plus simplici
vice edita indubitatum testimonium exhibent, quibus &
tibi non parvam comparasti famam. Iam vero, quantum ex Te fructum respublica expectandum habeat
demonstraturus, & praesentem habes dissertationem.
Cum itaque Tu mihi fere solus superis, quo huc usque
familiariter vti potuerim, gratulationem de iterato spe-
cimine, & cum hac obseruantiam erga Te meam, publice
non exponere religioni mihi fuit. Faxit itaque di-
vinum Nmen, vt in familiae iam dum splendidissimae
ornamentum, nec minus salutem publicam indies eva-
das fortior; sicuti & non Salana nostra solum, sed &
Patriæ Pater Serenissimus brevi confirmabunt:

Fortem creatum esse fortibus & bonis.

vale amic⁹ optime, & me in posterum ut iam soles,
ama, Dabam e Musaco die XXI. Aug. M. DCC XIV.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-786002-p0056-9




ULB Halle
005 121 760

3



B.I.G.



1714, 24

26

Q. D. B. V.

DISSERTATIONEM POLITICO-IVRIDICAM

DE

TVMVL TIBVS

Vulgo von

Nusflauff / Nusrüh



DIVINA CONSPIRANTE GRATIA

AVSPICIIS RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

GVILIELMI HENRICI

DVCIS SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE, ET WESPHALIAE, RELIQVA
SVB PRAESIDIO

VIRI ILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI

DOMINI

CHRISTIANI VVILDVOGELII

ICTI CONSUMMATISSIMI,

SERENISSIMO DVCI SAXO-ISNACENSI A CONSILIS INTIMIS,
CVRIAEC PROVINCIALIS ET SCABINATVS ADSESSORIS, FACVL-
TATIS IVRIDICAE SENIORIS, IVRIS PVBLICI, FEVDALIS, CODICIS

AC NOVELLARVM PROFESSORIS ORDINARII

DOMINI PATRONI ET PRAECEPTORIS SVI

AETERNUM DEVENERANDI

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

A. ET R.

IOANN. CHRISTIANVS SCHMID,

CALA. THVRING. LL. CVLT.

AD DIEM AVGUSTI, M DCC XIV.

IENAE, TYPIS IO. ADOLPHI MVLLERI.